

Arg. 2. q̄ sit missio non solum respectu Filij, & Spiritus Sancti, sed respectu patris. Mitti personam est noua apparitio, vel habitatio personae in mente humana. Sed tota Trinitas venit ad habitandum cum homine, quando datur gratia, ergo, & pater mittitur: Pater minor. Ad eum veni, & man. apud eum faciemus. Ioan 9.

Arg. 3. Missio est opus, & donū ad extra, sed opera ad extra sunt opera essentialia, vel ad essentialiam spectantia, ergo concurrit tota Trinitas, ergo, & pater mittitur.

Arg. 4. Dicitur fuit, q̄ filius, & Spiritus Sanctus mittuntur, & mittunt, ista sunt pugnantia, quia tunc erunt domini, & serui.

## R E S P O N S I O N E S

### Argumentorum.

Ad primum, vbi missio ibi subiectio. Dicatis, q̄ missio est æquiuoca. Missio vel mittens dicitur dare.

Æsse,	Est, & sic sol mittit radiū, i. dat esse.	{	Er hoc modo mittuntur, filii, & donū, quia recipiunt esse a patre.
Virtutem,	Virtutem, & sic iaculum mittitur a proiectore		
Iurisdictionem, &	Iurisdictionem, & sic nuntius mittitur a Rege,		
Operationem.	Operationem, & sic mittitur, Dux ad bellum.		

Auctoritatē Reci. Iurisdi. & operationem, quia dona dispensant, & communicant creaturis.

Et quando dicitur, ergo subiectio, ergo separatio. R. valet vbi substantia mittentis, & missorum est diversa, hic eadem, ideo nulla separatio, nec subiectio.

Ad 2. & 3. ergo pater mittitur. Negatur. Ideo missio est multiplex. Nam missio significat.

Emanationem, &	Emanationem ab alio,	{	Emanatio significat missione passiuam, vel missio significat emanationem passiuam, passiuum vero dicit dependentia a principio: Cum igitur pater omni caret principio non debet dici missus.
Manifestationem.	Manifestationem in alio.		

Potest tamen dici q̄ manifestatur in mente.

Ad 3. sunt in diuisa opera ad extra. Transeat, ergo mittitur pater negatur, quia dicit subauctoritatem & non potest concuenire patri. O inseparabilia mittuntur. Inseparabilia per quantitatem continuam non per substantiam, quæ sunt tantum distincta.

Ad ultimum idem dans, & datum. R. Magister Dant ut Deus, Dantur ut Redemptor, & hoc donum.

Non est respectu eiusdem sed diuersorum, & non est ab aliud. Hæc pro praesenti. Habuimus.

In sequenti explicabo Distinct. Bachonis, in qua queritur. An gradus minor charitatis corrumpatur in aduentu maiori? Erit pulcherrima.

Missio multiplex.

## L E C T I O Q V A D R A G E S I M A Q V A R T A

### Super questio. Joan. Bachonis.

In qua disputat: An minor gradus charitatis in voluntate nostra adueniente maiori gradu charitatis corrumpatur? & concludit absolute, quod nullo modo corrumpitur? Quam conclusionem probat multis rationibus, & ostendit multa circa auctoritatem, & circa oppositionem. Idcirco ne ordo prætermittatur obseruabo.

Continuationem Doctoris cum Magistro,

Distinctionem contrariorum,	Circa continuationem, quare cur Jo. Baco. agat de huicmodi corruptione gradus remissi charitatis in
Probationem conclusionis,	aduentu gradus, intensi?
Difficultates cum solutionibus.	R. Doctissima est conexio. Nam cum in præcedenti dist. Mag. agerit de S.S. emanatione æterna, & temporali, & de geminatione, q̄ non solum datur, & nutrit in creaturas ad sanctificationem, sed seipsum dat, vt donum, & vt caritas, ergo caritas cum sit qualitas, & qualitas suscipiat magis, & minus in gradibus potest fieri haec difficultas.

An gradus subequentes corrumpant gradus præcedentes? An remanent actu existentes per se? Nam si corrumpunt præcedentes, ergo sunt contraria, ergo caritas charitatis erit contraria.

Si vero non corrumpunt præcedentes sed per se existunt abique mixtione, ergo non erit actio se genero, si vero commixcentur adiuvicem, ergo forma erit composita, quod est falsum, quia forma est essentia immutabilis, & simplex. Igitur oportet videre quomodo adiuvicem isti gradus subsequentes præcedentibus. Pro huiuscmodi intellectione adducā ea q̄ hæc Phy. post p̄dicamenta in capite de opposit. vbi duo explicant. Quid sit oppositio,

Quo ad oppositionem certum est q̄ dicunt esse duorum terminorum in complexorum repugnantia, non permutetur in se simul, nō eodem subiecto. Nam nullus potest simul, & semel esse Pater, & Filius, & cæcus, & videns, & bonus, & malus, ad eo respectu eiusdem, & eodem modo.	Opposito quid
--	---------------

Quo ad multipliciterem oppositionum dico, q̄ oppositio generice, sumitur quadrifariam.

Prima est oppositio contrariorum,	Prima oppositio contrariorum includit repugnantia entium & relativorum,
quæ sunt sub eodem genere proximo, quæ diffant maxime	H 2 3. Priva-